UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XIV. Markgraf Ludwig gewährt der Stadt Mohrin für Verluste, die sie aus Liebe zu ihm erlitten, eine Abgabenermäßigung, am 15. September 1337.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

XIII. Markgraf Ludwig ermäßigt die Urbede der Stadt Mohrin, am 28. September 1335.

Anno eodem (MCCCXXXV.), in Berlin, in vigilia beati Michahelis. Ludouicus etc. ciuibus in Morin gratiam ſuam et omne bonum. Propter grauem inopiam nec non defectum, quibus notorie et experientia vos oppreſſos inuenimus manifeſta, tali vobis et veſtris poſteris indulto duximus prouidendum et fauorabiliter ſuccurrendum, quod ex nunc et in antea vos et veſtros poſteros in perpetuum de decem marcis argenti in conſweta veſtra penſione et debita eſſe volumus ſupportatos, et vt huiusmodi noſtra gratia atque indultum ſemper maneat ſtabili firmitate et perſiſtentia inconcuſſa hanc literam vobis dari et ſigilli noſtri robore mandauimus ex certa noſtra ſcientia in ſeculorum ſecula valituram. Preſentibus etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XIV. Markgraf Ludwig gewährt der Stadt Mohrin für Verluſte, die ſie aus Liebe zu ihm erlitten, eine Abgabenermäßigung, am 15. September 1337.

Nos Ludovicus etc. attendentes turbaciones et iacturas, quas dilecti noſtri cives civitatis noſtre Morin ob noſtri nominis amorem pertuliſſe novimus, ipſis hanc graciam decrevimus facere ſubſequentem, videlicet quod nobis aut ſucceſſoribus noſtris annis ſingulis pro penſione debita tantummodo XL marcas argenti brandenburgenſis terminis conſwetis et debitis dare debebunt etc. Datum Berlin, anno domini MCCCXXXVII, in craſtino exaltacionis ſancte crucis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 279.

XV. Markgraf Ludwig ermäßigt nochmals die Urbede der Stadt Mohrin, am 11. September 1338.

Anno domini M. CCC. XXXVIII., feria ſexta poſt natiuitatem Marie virginis. Nos Ludouicus etc. attendentes turbationes et iacturas, quas dilecti noſtri ciues ciuitatis noſtre Morin ob noſtri nominis amorem pertuliſſe nouimus, ipſis hanc graciam decreuimus facere ſubſequentem, videlicet quod nobis atque ſucceſſoribus noſtris annis ſingulis pro penſione debita tantummodo XL marcas argenti Brandenburgenſis terminis conſwetis et debitis dare debebunt.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).